



1746 5
7

DE
TRIBVTIS

PRAE SIDE
AVGVSTINO A LEYSER
DYNASTA IN NVDERSDORFF CET

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET
PRINCIPI ELECTORI SAXONI A CONSILIIS AVLAE
AC IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLESIASTICI DI-
RECTORE, CVRIAEC PROVINCIALIS AC SCABINATVS
ASSESSORE PRIMARIO, ET ORDINIS IVRIDICI
ORDINARIO

PATRONO, PRAECEPTORE ATQVE STVDIORVM
SVORVM PROMOTORE OMNI PIETATE ET OBSEQVIO
COLENDO

IN ACADEMIAE VITEBERGENSIS
AUDITORIO IVRIDICO

AD DIEM XXVII IVNII ANNO CIO ID CC XLVI.

DISBV TABIT

EHRENFRIED TRAVGOTT
EICHLERVS

GÖRLICIO LVSATVS

VITEBERGAE
PRELO EPHRAIM GOTTLÖB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS.

217
SIEGFRIED

ALBRECHT AUF KIRCHEN

POTIGAEGE HOMONIUM REGI ET
BENIGNITATEM SAEVIAE A MUSICA
CANTUS CANTORIS CANTORIS
LAUDIS LAUDIS LAUDIS LAUDIS

PERMIXTUS TONIS STUDIOREM
DUCENS DUCENS DUCENS DUCENS

ALLEGORIAE ALLEGORIAE ALLEGORIAE
ALLEGORIAE ALLEGORIAE ALLEGORIAE

OTTODAVID SIEGFRIED

CONTRARIO CONTRARIO CONTRARIO

ALLEGORIAE ALLEGORIAE ALLEGORIAE

PERFECTO PERFEKTUM GUTTEMEYER

PERFECTO PERFEKTUM GUTTEMEYER

VIRIS MAGNIFICIS
EXCELLENTISSIMIS PRAENOBILISSIMIS
AMPLISSLIMIS CONSVLTISSIMIS
DOCTISSIMIS
DOMINIS
CONSVLIBVS
PRAETORI
SCABINIS
SENATVS GORLICENSIS
MEMBRIS RELIQVIS
PATRONIS SVIS OMNI STVDIO-
RVM GENERE COLENDIS
HAS STVDIORVM PRIMITIAS
OFFERT ATQVE CONSECRAT
RESPONDENS.

ALIAS MEMENTO
HONORUM PRAECEPTE
CONVENTUS CONSISTENTIA
AMPLIARUM DOCTRINARUM
EGO IN IUSTIS
CONSTITUTUS
PRAEATORI
SCIENTIA
GEOGRAPHICA
SINATUR GORIENSIS
MEMBRIS REFLIGIT
SERVOS SVOS OMNI STUDIO
MUNIMENTA CONFIDIT
CAPITULUM PRIMI
CENSUS CONVENTUS
REGIOMONTI

VIRI MAGNIFICI
EXCELLENTISSIMI PRAENOBILISSIMI
AMPLISSIMI CONSULTISSIMI
DOCTISSIMI QVE
PATRONI SVMMA ANIMI VENERA-
TIONE COLENDI

VOBIS, PATRES CONSCRIPTI, merito
primitias lucubrationum earum pri-
mosque studiorum meorum Acad-
emicorum fructus, summa animi deuotissimi
religione offero atque consecro. Quanto plu-
ra atque maiora VESTRA sunt beneficia, huc-
dum in me collata, tanto alacrius hoc spe-
cimen grataeque mentis testimonium VOBIS
offerendum, oculisque VESTRIS subiicien-
dum putaui. Ut hanc uenerationis meae
tesseram beneuole accipiat, oculisque fauor-
is plenis adspiciatis, est, quod opto atque
obse-


obsecro. Ad fauorem VESTRVM nunc de-
nuo confugio, nihil magis in uotis habens,
quam ut illo perpetuo frui mihi liceat. Prae-
potentem omnis felicitatis atque prosperita-
tis Auëtorem indefessis implorabo precibus, ut
VOS omnes atque singulos in solatium pa-
triae dulcissimae saluos atque incolumes
quam diutissime seruet, VESTRAMque
salutem perpetuo florere iubeat. Quod su-
perest, ego, quoad uixero, permaneo

VIRI MAGNIFICI ATQVE EXCEL-
LENTISSIMI
PATRONI SVMMA ANIMI VENERATIONE
COLENDI

NOMINVM VESTRORVM
AMPLISSIMORVM

Dabam Vitembergae
die Vigefimo Septimo Iunii
cīo Icccccxxxvi.

CVLTOR PERPETVVS
E. T. EICHLERVS.



I

Nullus olim rex princepsve in Europa ius tribut a libere
imponendi habuit,

II

*Etiā caesar & principes Germaniae eo ad pacem usque
Westphalicam caruerunt.*

III

*In pace Westphalica id non Cæsari, sed principibus Germa-
niæ datum fuit,*

IV

*qui tamen eo in principio parce ac cum multa circum-
spectione usi sunt,*

V

*neque id aliter, quam consensu civium in comitia congre-
gatorum, exercuerunt,*

VI

*donec sibi consilio saltem, non consensu, ordinum opus esse,
animadverterunt.*

A 2

VII

VII

Tunc ulterius, sed tamen pedetentim progreſſi sunt,

VIII

ac tandem mutuo consensu liberam tributa imponendi potestatem stabiliverunt,

IX

quam Capitulationes imperatoriaſ firmarunt.

X

Itaque principes Germaniae bodie tributa & onera, quoties opus eſt, imponunt & exigunt,

XI

vetera augent, & solitum buc usque modum mutant, novasque species introducunt,

XII

quin & cives refractarios & iniustas querelas defrentes puniunt.

DE potestate principum Germaniae circa onera publica civibus suis imponenda & tributa exigenda aucturi, necesse est, ut tempora, quæ pacem Vestphalicam antecesserunt, & quæ eam sequuta sunt, ab invicem distinguamus. Ante pacem Vestphalicam ignorarunt principes non Germaniae solum, sed totius Europæ, quantum sibi per superioritatem territorialem liceret, nec ius collectandi eo contineri crediderunt. Vide *du Fresne Glossarium medice*

medie & insimae latinitatis art. Auxilium. Quin principes Germani ipsam adeo superioritatem territorialem non satis cognitam habuerunt, sed, quemadmodum ex titulo 13 Aureæ Bullæ colligo, ad iurisdictionem restrinxerunt. Quotiescunque igitur principes pecunia opus habebant, a ciuibus suis in comitia convocatis eam efflagitabant, ac, si nihil impetrabant, ciuitati municipali locupleti libertatem vel grandia privilegia vendebant. Cæsaris opem frustra imploravent, quippe qui liberam collectandi potestatem ipse non habens eam aliis dare non poterat. Quapropter inter iura singularia, quæ Carolus IV, aureæ bullæ conditor, principibus electoribus tribuit, ius hoc collectandi, quod vocant, non reperitur. Et quamuis hic Carolus in privilegiis dandis nimius & prodigus fuerit, tamen collectandi facultatem nemini, quod sci-am, dedit, ne quidem in enormi privilegio, quod apud Glafey in Tomo I Anecdotorum N. 134. Vicecomiti Mediolanensi anno 1360 concessit: *In te & heredes tuos transferimus plenam, meram & liberam ac omnimodam temporalem & gladii potestatem & iurisdictionem, nec non merum, mixtum & absolutum imperium . . . Ac etiam valeatis auctoritate propriâ, iuste indicere bellum & guerram & exercitus & cavalcatas, & cuiuscunque numeri congregations gentium ordinare & ponere ubicunque, prout expediens vobis videbitur. Pro augmentatione & conservatione status vestri. Et generaliter omnia & singula regalia & alia que cunque, quæ ex lege, iure, constitutione vel edicto seu consuetudine, aut alter qualiter cunque nostræ serenitati & sacro Imperio competere dignoscuntur. Ipsæ quo-*

quoque leges Imperii principibus potestatem cives suos contributione sumptuum, et si ad negotia publica necessariorum, onerandi admunt, quin necessitatem imponunt, ea, ad quæ cives iure obligati sunt, per tribunalia publica exigendi. Vide Rec. Imperii anni 1512 cap. I §. 26 & cap. V §. 7. Quodsi ergo principes cives suos non consentientes tributis oneraret, refugium illis ad Cæsarem quin & ad Pontificem Romanum patebat, qui principes banno & excommunicatione a tali incepto absterrebat. Commemorat *Valbonnays dans l' histoire de Dauphiné & des Princes, qui ont porté le nom de Dauphins tom I cap. 1*, Humbernum Delphinum anno 1289 absolutum per Pontificem fuisse a penis, in quas propter exactiōrem tributorum incurrerat. Excusserunt tandem hoc iugum principes Germaniae in pace Vestphalica, in cuius articulo VIII liberum juris territorialis exercitium mutua conventione sibi stipulati sunt, atque hoc in §. 4 ad ius collectandi nominativi extenderunt. Sed ne scierunt ab initio principes Germaniae, quantum potestatis sibi pace Vestphalica datum esset, aut, si scirent, novo hoc iure suo parce ac subtimide usi fuerunt, & onera ac tributa non imposuerunt, nisi convocatis prius, consultis & consentientibus provinciarum suarum ordinibus. Pedetentim tamen se in libertatem afferuerunt. Primum *Recessui Imperii anni 1654 §. 180* inseruerunt: *Sonderlig aber sollen jedes Thür: Fürsten und Stands Land Sassen, Underthanen und Burger zu Besetz: und Echaltung der einen oder andern Reichs Stand zu gehörigen nöthigen Vestungen, Plätzen und Guar-*

Guarnisonen ihren Lands-Fürsten, Herrschaff-
ten und Obern mit hülfflichen Beytrag gehor-
samlich an Hand zu gehen schuldig seyn. Petie-
runt deinde anno 1667, ut sibi sumptus legationum ad
conventus publicos a civibus exigere liceret. Distu-
lit quidem diu annuere Cæsar, quod *Recessus Imperii*
 anni 1512 cap. I §. 26 principibus clare obstaret, sed
annuit tamen tandem anno 1670 in *Resolutione*, quam
Lunigius in Tomo I pag. 657 des teutschen Reichs-
Archivs exhibet. Porro ulterius progressi flagitarunt,
ut iste modo memoratus §. 180 *Recessus anni 1654*
promiscue ad omnia, quæ princeps posceret, extende-
retur: Dass eines jeden Churfürsten und Stan-
des Land-Stände, Landsassen, Städte und
Unterthanen, nicht allein zur Lands-Defensions-
Verfassung, sondern auch zur Handhabe und
Erfüllung, der gedachten Instrum. Pacis nicht zu-
wider lauffenden Bündnissen, wie auch nicht
nur zu Erhalt und Ersatzung der nöthigen, son-
dern indefinite, der Vestung, Verte und Plätze,
auch zu Verpflegung der Völcker, und andern
hierzu gehörigen Notwendigkeiten, ihren
Lands-Fürsten, Herrschafften und Obern, die
jedesmahl erfordernen Mittel, und folglich ab-
les, was an sie, und so oft es begeht wird, ge-
horsamlich und unweigerlich dar zu geben, schul-
dig seyn, und dass einige Klage der Unterthanen,
weder bey dem Käyserl. Reichs-Hofrath, noch
Cammer-Gericht hierwieder nicht angenommen,
und alle Processe und Mandata, so wohl wegen
der vorgegangenen, als gegenwärtigen und
künff.

künftigen Zeit abgethan und aufgehoben seyn, auch denen Land-Ständen, Landsassen und Unterthanen einige Privilegia und Exemptiones, wie sie auch Namen haben, oder zu was Zeit selbe erlanget seyn möchten, nicht zu statten kommen sollen; sed eodem anno 1670 repulsum rulerunt, quam vide *in allegato Lunigii tomo I pag. 657 sqq.* Animadverterunt tamen postea, sibi venia hac, quam obtinere non potuerant, opus non esse, sed per se & vi iuris territorialis licere, tributa pro lubitu quantacunque, & quoconque tempore, quoconque titulo exigere, & sublata esse per transactionem *in pacis Vestphalicae articulo 8 omnia pacta principum olim cum civibus suis & provinciarum ordinibus inita, quibus se nullum onus sine ipsorum consensu imposituros esse promiserunt, quale est illud Alberti electoris Brandenburgici in Recessu anni 1472 apud Müllerum in Præctica civili Marchica Resolut. 122 n. 12.* Wir unsere Erben und Nachkommen verpflichten uns, wenn wir sollen Landbete nehmen, solches mit der Land-Stände Rath zu thun, & ducum Megopolitanorum *in Recessu provinciali Mecklenburgico de anno 1621:* Nachdem unsere getreue liebe Unterthanen aller Stände sich aus unterthänigster Zuneigange, Treue und Liebe, so sie gegen uns, als ihren Erbherrn und Landes-Fürsten, tragen, sich freywillig ohne alle Pflicht und Schuld dahin bewegen lassen, daß sie zu Abhelffunge unser obliegenden Schulden unterthänig bewilligt, zugesaget, und versprochen ic. Inter primos, qui ius hoc suum vel noviter, vel secundum

dum alias postlimino exercuerunt, fuit Fridericus Guilielmus, Elector Brandenburgicus. Is circa finem saeculi XVII novum tum veetigalis genus, quod *accisam* vocant, in Marchiam suam inducturus convocatis comitiis ordines, ut consentirent, tantum non supplex orabat. Nihil precibus istis enixius, nihil humanius. Illi tamen pertinaciter contradicebant, nullisque rationibus, blanditiis & precibus electi poterant, freti scilicet privilegiis suis, de quibus haec Lauterbachius in *Diss. de Consiliis, eorumque iure, quae inter Fritschii Exercitationes Iuris Publici P. 1 n. 12 reperitur, P. 1 c. 1 §. 4* commemorat, Sereniss. Brandeb. Electores diversis temporibus, diversis & solemnis instrumentis (quae ipsi ante biennium in Viadrina perlustrauimus) Statibus ac Ordinibus Marchiae provincialibus promiserunt, se illorumque successores in rebus ad Statum publicum spectantibus nihil sine Statuum consensu & consilio acturos, hisce verbis: zudem wollen wir keine wichtige Sachen, daran dein Land Gedehn oder Verderben gelegen, ohne unsere gemeine Land-Stände Vorwissen und Rath schliessen oder furnehmen zu. Welches wir für uns, unsere Erben und Nachkommen bei unsern Fürstlichen Würden bewilligt und zugejaget zu. Post longam disputationem tandem Elector excandescens: Si voluntarie, inquit, veetigal hoc accipere non vultis, utar iure meo & introducam ingratius. Quod Electoris consilium quam felices successus habuerit, verbis Pufendorffii libro XIX Rerum Brandenburgicarum §. 105 narrabo: Ditiones, quantum iniquitas temporum tulit, in meliorem statum reponere summo studio connexus est, introductis variis institutis, quae civibus exercende industrie, & querende rei materiam præbere possent. Et cum diturno bello, quo Germania per triginta annos

nos quassata fuit, Marchiae provinciae data opera a Svecis evagitate essent, ut Pomerania per vicinam solitudinem muniretur; istas ut a calamitatibus belli recrearet, ac pristinum ad florem revocaret, nil sibi reliqui fecit. Quo fine modus tributorum ita temperatus, oneribus in ea, quæ consumuntur impositis, cum antea ea ex censu imperarentur; ut quam minimo cum civium sensu erogarentur, & aequabili distributione ab omnibus pariter citra invidiam, aut querelam tolerarentur. Quam moderationem is successus consecutus est, ut statim post introductas accissas passim veterum ruinarum vestigia novo cultu oblitterata conspicerentur; ac inter alias urbes Magdeburgum quoque e diuturnis ruderibus ad veterem frequentiam exsurgere inciperet. Inter ea, per quæ Marchiae egregia commoditas utilitasque accessit, referenda quoque est &c. Hoc exemplum deinde alii principes utilissime sequuti sunt, & aliqui comitia ordinum suorum plane abrogarunt, alii retinuerunt quidem, adeo, ut nec novas leges ferant, nec nova tributa imponant facile, nisi in comitiis provincialibus, sed tamen cum temperamento Bergeri, qui in Resolutionibus legum obstantium lib. 1 tit. 4 p. 18: Princeps, ait, non, nisi præmissa consultatione ordinum provincialium, legem ferre potest. Id quod ita capias, non quasi ordines Provinciales ad ipsam legis ut talis constitutionem, & veluti pars legislatoriæ potestatis concurrant, sed per modum saltem consilii, ex pacto videlicet & capitulacione cum Principe inita. Vnde, dissensione in lege ferenda inter principem & Ordines Provinciales orta, Princeps excuperat. Quodsi quis ex me, quid de iure sentiam, querat, huic ego idem, quod Plinius in epistola 5 libri 1 se Regulo respondisse dicit, respondebo: Quæris quid sentiam? At ego de iuribus principum ne interrogare quidem fas puto. Principibus certe recentiores Cæsarum capitulaciones,

nes, in primis Francisci art. 15 §. 3, 4 & 8, fauent, cum aliquo temperamento tamen in articulo 19 §. 6 & 7 item in articulo 8 §. 11. Postquam igitur principes Germaniae liberi ius collectandi mutuo invicem consensu stabiliverunt, atque ipse Cæsar id in terris suis exercet, nunc ICtis obsequii gloria relæcta est, qui, quum consuluntur, secundum principes respondent. Ita factum a ICtis Vitebergensibus mense decembri anni 1710: Haben einige Unterthanen ihren Landes-Herrn, einen vornehmen und unmittelbahren Reichs-Stand, bey Kaiserl. Majest. und Dero Reichs-Höf. Rath, als Bevollmächtigte des ganzen Landes, Kraft eines von denen übrigen Unterthanen gewaltsammer Weise erpresten Mandati, wegen unterschiedener Punkte, insonderheit überhäufster Collecten, Dienste und anderer Beschwerungen, verlaget, wannenhero zu wissen verlanget wird, ob nicht solche Klage ganz ungegründet, folglich die vermeynte Mandatarii nebst ihren Schriftstellern und Helffern auf eine exemplarische Straffe belanget werden können; Ob nun wohl die Klägere zu ihrer Entschuldigung anführen, daß ein Landes-Herr seine Unterthanen mit neuen und ungewöhnlichen Oneribus nicht belegen, auch die alten nicht höher, als von seinen Vorfahren geschehen, ansehen und eintreiben könne, oder doch wenigstens, im Fall er solches unternimmt, derer sämtlichen Land-Stände Bewilligung zu ersodern von nothen habe, Ziegler de Iur. Mai. l. 2 c. 3 §. 2, bey welcher Bewandtnuß, und, da dieses von ihren Landes-Herrn ganz nicht in Acht genommen worden, die übergebene Klage wohl begründet, und nichts von ihnen, als wessen sie wohl bezugt, vorgenommen wäre; Dennoch aber und dieweil die denen Ständen des Heil. Röm. Reichs zukommende superioritas territorialis oder Landesherrlichkeit und Oberbothmäßigkeit auch das ius collectas und tributa imponendi in sich begreift, Capit. Iosephina art. 17 ibi: in Sachen hoher Landes-

fürstlichen Obrigkeit und Regalien als *in specie iuris collectarum &c.* Krafft dessen ein Landes-Herr seine Unterthanen erleidig und pro viribus & qualitate ipsorum mit Schätzungen und Diensten zu seiner Nothdurft und Bequemlichkeit belegen kan, auch hierbey nicht eben an den von seinen Vorfahren observirten modum gebunden ist, sondern selbigen gar wohl, furnemlich da heut zu Tage die pretia rerum und andere Ausgaben sehr aufgewachsen, überschreiten mag, im Fall er nur die Willigkeit in Acht nimmt, und die Unterthanen durch allzugrosse und häufige Beschwehrden nicht ganz ausfauget; welches letztere aber allhier, dem Anführen nach, keinesweges geschehen; gestalt dann die benachbarte Provinzien, ohngeachtet sie von schlechterer Qualité und Güthe seynd, viel höher von ihrem Landes-Herrn collectirt und in Anschlag gesetzt werden; immassen auch bei Anlegung neuer tributum und onerum der Land-Stände Bewilligung de necessitate, es wäre denn ein anders per legem, pactum, privilegium oder consuetudinem eingeführet, nicht erfordert wird; Erscheinet diesem nach allenhalben so viel, daß der Landes-Herr seine Unterthanen mit Collecten und Diensten zu seiner Nothdurft und Bequemlichkeit wohl belegen mag, diese auch sich deshalb bey Kaiserlicher Majest. zu beschwehren nicht besugt, vielmehr die vermeintliche Bevollmächtigte, weilen sie die Vollmacht und nöthige Gelder von vielen gewaltsamm expresset, pro falsis mandatariis zu achten, also nebst ihren Schriftstellern und Helffern, wegen der von diesen gebrauchten harten und lästerlichen Expressionen und gegebenen nachtheiligen Anschlägen, auf eine exemplarische Strafe zu verflagen und zubelangen seynd. Non sunt haec adsentatorie, sed prudenter scripta. Per pulcre Ivo Carnotensis, qui in constitutione academiae Vitebergensis ordini iuridico patronus adsignatus fuit, in epistola 171 vere aurea: *Dicent, ait, forsitan fortiores fortiora, meliores meliora: ego pro mediocri-*
tate

tate mea sic sentio, non legem in talibus praescribens, sed propter vitanda maiora pericula, necessitati temporum, si comodius fieri non potest, cedendum esse intelligens.

XIII

Tributa imponere nemo priuatus sine principis iussu potest,

XIII

Magistratus etiam & ordines provinciales hic pro privatis reputantur.

XV

Itaque rusticci prædiis equestribus subiecti onera ab ordine equestri unanimiter imposita recte detrectant.

Quum solus princeps ius indicendi contributiones habeat, nemo priuatus, quantacunque dignitate & auctoritate polleat, id exercere potest, ne ex iusta quidem causa & aperta æquitate. Ad privatos vero etiam magistratus, quin & ordines provinciarum refero, L. 8 C. de *Excusationibus munerum*, L. un. C. de *Superindictio*. Exemplum hoc esto: Provincia Megapolitana ante triginta circiter annos ab exercitu peregrino graviter vexata & adflata fuerat, in primis ordo equestris extrema fere passus imminentem sibi perniciem ingente pecunia redemerat, atque pro hac conferenda æs alienum non leue conflagravit. Restituta tranquillitate, idem ordo de dissolvendo hoc ære alieno cogitat, idque inter se unanimiter sic partitur, ut singuli prædiorum equestrium possessores partem oneris suis vicissim rusticis ac prædiorum inhabitatoribus imponerent. Aequissimum hoc videbatur. Contradictebant tamen rusticci, ac ICti Helmstadienses mense octobri anni 1726 inter-

rogati negarunt eos cogi posse: Wird gefraget, ob die Niendorffische Unterthanen zu Bezahlung der von der Mecklenburgischen Ritterschafft Zeit der Russischen Unruhen zu ihrer Rettung aufgenommene Gelder pro rata concurriren müssen; Wenn nun gleich die Russische Bedrängung und die bei solcher Gelegenheit von der Ritterschafft gemachte Schuld sonder Zweyfel ein casus fortuitus gewesen, auch die Ritterschafft sich einsmuthig vereinbahret, solches debitum von den adel. Güthern einzutreiben, und den Beitrug nach der Husen Zahl zu repartieren. Dennoch aber und diemal das Recht, ordentliche und außerordentliche onera einzuführen und aufzulegen, ein vornehmes Stück der Maiestät und Landesherrlichen Oberbothmäsigkeit ist, ja so gar an denen Orten, in welchen der Landes Herr vermodge der pectorum und legum fundamentalium an den Consens seiner Land-Stände gebunden ist, nicht einmal dem Landes-Herrn allein zustehet, also vielweniger die Ritterschafft berechtigt ist, ihren Unterthanen eine solche Auflage und Contributionen aufzubürden: So seynd die Niendorffische Unterthanen nicht schuldig, die von der Ritterschafft Zeit der Russischen Invasion aufgenommene und jego auf die Husen der adeligen Güther repartirte Gelder bezahlen zu helfsen. Ceterum casum necessitatis excipi oportere, & magistratum, si forte hostis immineat & ferrum flammamque minetur, cives ad redimendum periculum cogere posse, unusquisque intelligit.

XVI

*Voluntaria contributiones, dummodo non propter rem illicitam
fiant, sunt licite,*

XVII

*nec pro violatione iuris collectandi & crimine lastæ maiestatis
reputari possunt.*

De

De contributionibus conventionalibus, quæ sine principiis auctoritate ex privato civitatis, pagi, collegii, consensu conferuntur, mea aetate disputatum fuisse recordor. Decreverat scilicet princeps aliquid, quod civitati alicui municipali maxime incommodum & damnosum futurum erat. Cives igitur, ut hoc malum averruncarent, pecuniam sat grandem unanimiter conferunt, principi in donum oblaturi, & simul, ut decretum istud sibi maxime grave revocet, supplicaturi. At princeps, re comperta, advocatione fisci sui excitat, a quo contribuētes illi de violatione summi iuris collectandi, atque adeo læsa maiestate accusati ad mulctam ea pecunia, in quam sponte consenserant, maiorēm dominantur. Ego vero, qui juvens olim in Specimine *L de Caussis odii erga advocatos fisci medit.* 4 & 5 contra advocatos fisci, temere crimen perduellionis & læsa maiestatis intentantes, declamavi, etiam in hac specie cives a crimine læsa maiestatis & a mulcta absolvissim. Ista enim voluntaria collatio nihil habet cum iure collectandi, quod princeps cum imperio exercet, & cui parere necesse est, commune. Consentit mecum *Zieglerus de Iuriis maiestatis lib. 2 cap. 1 §. 20.*

XVIII

Voluntaria contributio unanimem consensum desiderat.

XIX

Vnus etiam sine ratione dissentire potest.

XX.

Propter solum bonum publicum solamve æquitatem invitus ad contribuendum, quod ceteris placuit, non obligatur.

XXI

Sed tunc principis cognitione & decreto opus est

Con.

Contributionum voluntariarum unicum fundamentum est, unanimis contribuentium consensus. Evidet Zieglerus de Iuribus mai. lib. 2 cap. 1 §. 21: Collectæ, ait, conventionales obligant omnes, etiam non consentientes, si causa sit necessaria. Rectissime. Idem ego supra in fine medit. 15 magistratibus permisi. Sed displicet mihi exemplum, quod idem Zieglerus subiicit: Ita, inquiens, si agatur de ponte, vel puto extruendo ad priuatorum commodum, ab omnibus negotium istud approbari debet, si quidem omnes eadem obligatione adstringi debeant. At si agatur de ponte, vel puto extruendo pro bono publico, maioris partis consensum sufficere, recte concludit Iohannes Baptista Costa, de fact. scient. & ignorant. inspect. 30 num. 11 Balth. Conr. Zahn. de municip. cap. 63 num. 12. Anton. Perez. Cod. de indict. num. 16. Et hoc casu a præstatione collectæ libera-ri poterit nemo, et si paratus fit renunciare usibus & commoditatibus rei communis. Immane inter se differunt necessitas & bonum publicum. Necesitas est, quando præsens periculum civitati imminens averti oportet, & hæc utique legem non habet, ac detrectantes iniussu principis & vi privata, ut officium suum faciant, cogi possunt. At quum quid boni publici caussa faciendum est, hoc, si qui contradicant, nec periculum in mora sit, ad principis cognitionem pertinet. Sæpe enim homines adfectibus suis & cupiditatibus bonum publicum, quod re vera non adest, prætendunt. Itaque solum bonum publicum, vel sola æquitas, non sufficiunt, ut invitati cives ad contribuendum trahantur. Etiam tunc regula communis: quod omnes tangit, ab omnibus adprobari debet; cap. 29 de Regulis iuriis in 6, L. ult. in fin. C. de Auctoritate præstanda; locum habet. Exemplum hoc esto: Princeps, exercitum suum suppleturus, singulos pagos militem sistere, eumque, si ne-
mo

mo sponte nomen daret, sorte ducere iuss erat. Quum vero negotium hoc in pago quodam lentius procederet, incolæ eius pacto invicem inito huic, quem sors designaret, pecuniolam aliquam pollicentur. Fit itaque sortitio. Designatus promissum petit. Conferunt omnes partem suam. Vnus, qui non consenserat, recusat contributionem. Accusatur itaque nomine pagi. Ego vero illum mense iunio anni 1735 absolv i: Weil in dem allergnädigstem Befehle, daß die Gemeinde den ausgelosten etwas zahlen solle, nicht enthalten, und denn keine gemeine Anlage, es sei denn entweder 1) auf Landes-herrliche Verordnung, oder 2) aus dringender Noth, oder 3) auf einstimmige Verwilligung aller Interessenten, gemacht werden kan, in freiwilligen Collationibus auch die maiora vota nicht attendiret werden, sondern, wenn gleich alle übrige Membra der Gemeinde etwas zugesehen, ein einiger sich davon ausschliessen und des Beitrags verweigern mag, so wird in dieser Sache weiter nichts vorgenommen. Ex eadem ratione consequitur, tunc, quum magistratus sine principiis iussu contributionem indicit, et si maxima civium pars sponte imperata fecerit, ceteros ramen, qui contradicunt, ut id exemplum sequantur, non obligari. Sic in eo, quem *supra in medit. 15* commemoravi, casu respondimus: Wir, haben oben ausgeführt, daß die Ritterschafft allein nicht berechtigt sey, die Unterthanen ohne deren Consens mit einem außerordentligen Onere und Contribution zu belegen. Es mag auch das Exempel anderer adeligen Unterthanen den Niendorffern nicht schaden, da in dergleichen Fällen, in welchen es auf præjudicium singulorum ankommt, auch singuli consentiren müssen.

XXII

*Contributioni, unanimi consensu stabilitæ, nullus paciscentium
se subtrahere posset,*

XXIII

*ne quidem ob calamitatem, quam passus est, tamen se princeps ei
propterea tributa publica remittat.*

XXIV

*In posterum tamen societati eti in æternum initæ renunciari
potest, nisi hæc renunciatio cum bono publico pugnet.*

Contributio unanimi consensu probata deinde ab uno alterove detrectari ac consensus revocari nsequit. Recordor tamen, id aliquando non sine specie iustitiae & æquitatis tentatum fuisse. Nempe civitates provinciæ cuiusdam unanimiter cum ceteris eiusdem provinciæ ordinibus societatem æterno fœdere unierant, & quantum cuique ad publicas erogationes conferendum esset, pacto stabiliverant. Ex his civitatibus una, insignem ab hoste calamitatem passa, detrectabat onus in posterum, ex tripli ratione, primum, quod omnia pacta intelligentur rebus sic stantibus, ac, mutata insigniter rerum facie, & ipsa mutantur, deinde, quod princeps quoque civitati illi partem tributorum suo fisco inferendorum remisisset, denique quod societatis in æternum coitio nulla sit, sed a communione recedere semper etiam unus possit. Respondi ego ad hæc omnia mense decembri anni 1723 hunc in modum: Die Stadt, wovon gefraget wird, ist allerdings schuldig, die übernommene Quotam der unter den Ständen des Herzogthums vorinnen sie gelegen, verglichenen und eis nem jedem zugetheilten Anlagen zu den Landschaffts-necessariis

von

von der Zeit an, bis zu welcher ihr der erlittenen Bombardirung wegen der Erlaß geschehen, wiederum zu übernehmen und abzuführen, weil 1) in dergleichen gemeinen Anlagen ein Stand, der durch Unglücks-Fälle herunter kommt, den gemeinen Rechten und den Reichs-Verfassungen nach die Erlaßung dessen, was er vermöge Vergleichs oder sonst ex pacto geben soll, als eine Schuldigkeit nicht prætendiren, sondern nur so viel, daß ihm leidige Fristen der Zahlung halber gesetzt werden, begehren kan, allenfalls, und da er einen Erlaß suchet, solchen von seinen Mit-Ständen als eine Güttigkeit erbitten muß, gestalt dieses durch die tägliche Praxin des Reichs, da die durch Krieg mitgenommene Stände öfters Remission Bittweise suchen, und fast niemahnen so viel, als sie fodern, sondern ein gewisses, dessen Summam und Zeit die andere Reichs-Stände determiniren, erhalten; 2) ein Unglücks-Fall niemanden von seiner Obligation befreyet, und die Regul, quod pacta intelligenda sint rebus sic stantibus; hieher nicht zu ziehen, sondern auf eine gänzliche Umbkehrung und Veränderung alter Umstände zu restrixtionen ist, indem sonst ein jeder Schuldener, welcher, wie täglich geschiehet, Schaden leydet, sich unter dem Vorwande obgedachter Regul von allen seinen Obligationen befreyen könnte, 3) das Exempel des Landes-Herrn, welcher den Remiss der Landes-Contribution auf längere Zeit verstatte, und gar auf ewig hätte ertheilen können, die andere Land-Stände ein gleiches zu ihm nicht verbindet. Und bey solcher Bewandtniß mag die Landschaft vermöge der ihr diesfalls den Landes-Verfassungen nach zustehenden Gewalt die verglichene Quotam von der sich weigernden Stadt executive wohl eintreiben; Auch mag gedachte Stadt die mit den übrigen Ständen auf ewig eingegangene und von Kaiserl. Majest. bestätigte Vnion nicht auffruschen. Ultimum hoc caput pluribus exsequatur sum

in Specimine 186 de Dissolutione societatis medit. 2 & 3,
ostendique, societatis in æternum coitionem adhuc hodie,
etiam de iure publico, nullam esse, valere tamen tunc,
quum diuisio bono publico obest.

XXV

Magistratibus partio onerum, a principe in folle imposito-
rum, sive subcollectatio, permittitur,

XXVI

Quæ subcollectatio semper querelas & lites excitat.

XXVII

Ista tamen lites fisco non nocent, nec exsequutionem movantur,
nec fiscum, ut se litibus bis immiscat, obligant.

XXVIII

Subcollectatores ab omni superexactione abstinere debent.

Principes soli, quemadmodum supra dixi, ius tributa imponendi, seu, ut vulgo loquuntur, collectandi, habent, solent tamen plerumque magistratibus suis ius subcollectandi, seu partitionem onerum inter cives unicuique subiectos permittere; optimo consilio. Magistratus enim hi melius, quam ipse princeps, facultates civium norunt, atque adeo partitionem æquabilem facere possunt. Duo in primis circa hanc subcollectationem, quam etiam subrepartitionem vocant, observo; primum, cognitionem & decisionem querelarum & litium, quæ de inæqualitate & iniquitate partitionis semper exoriantur, ad principem eiusve tribunalia pertinere, istas tamen controversias principi eiusve fisco non nocere, sed hunc integrum, quam civitas, pagus, collegium debet, sum-

summam pendente lite ab universitate exigere. Convenit hoc legibus imperii, quæ principibus, civitatibus ceterisque ordinibus, moram in solvenda parte sibi adscripta facientibus, executionem minantur, onus tamen illud iterum inter cives suos partiri permittunt, atque, si hi refrangentur, aditum ad summa tribunalia aperiunt, et paratam opem ex his pollicentur. Vide *Recessus Imperii anni 1530* §. 18, *anni 1544* §. 10, *anni 1548* §. 95, *anni 1551* §. 25, *anni 1557* §. 48 sq. *anni 1566* §. 41, *anni 1567* §. 23, *anni 1582* §. 10, *anni 1594* §. 10, *anni 1598* §. 11 & *anni 1603* §. 17. Quum itaque aliquando cives nonnulli querelam de inaequali partitione in iudicium detulissent, atque, ut alii potius cives longe locupletiores partem oneris sibi impositi subirent, petiissent, deinde vero in progressu caussæ sumptuosam hanc item a se in fiscum amoliri niterentur, mense augusto 1739 repulsi a ICtis Vitebergensibus, & item continuare iusti, quin & in expensas damnati sunt, ex his rationibus. Dieweil Klägere sich selbst als Klägere gemeldet, und auch der Ficus bey der Sub-repartition des geforderten Quantii eigentlich kein Interesse hat. Deinde ex eorundem, quos ante memoravi, *Recessuum* verbis: doch höher und weiter nicht, dann so fern einer jeden Obrigkeit gebührende Anlag sich erstrecken thut; apparet, magistratus hos, qui ius subcollectandi habent, ab omni superexactione abstinere oportere. Quod & in *L. un. C. de Superexactionibus severissime interdicitur*. Sunt plerique magistratus istarum superexactionum cupidissimi, atque varias speciosasque caussas iis prætexere solent, quæ tamen eos a crimine superexactionis, uti in *all. L. un.* adpellatur, liberare nequeunt. Poterit superexactionis utilis, quin aliquando necessaria esse.

C 3

At

At tunc non magistratus sibi arbitrium sumere, sed principem adire, necessitatem utilitatemque ostendere ac veniam impetrare debet. Sic a senatu civitatis cuiusdam mensa aprilii anni 1728 interrogatus respondi: Dieselbe fragen mich, ob ein Stadt-Rath, welcher das ius subcollectandi ciues hat, über das angelegte eine kleine die Bürger nicht sonderlich beschwehrende Summa jährlig von ihnen aufbringen lassen könne, und zwar zu dem Ende, damit man im Stande sey, 1) das ferne ein bey der Regierung schwedender Procesc übel ausschlagen solte, die deshalb geleistete Caution zu bezahlen, 2) ein von dem Landes-Herrn gefordertes Residuum, zu welchem man sich zwar nicht verbunden achtet, allenfalls, wenn es nicht decliniret werden könnte, abzuführen, 3) falls man von beyden los käme, einen Fonds zu haben, wovon die Stadt-Ausgaben ohne sonst nöthige alljährliche Beschwehrung der Bürger in Zukunft genommen werden könnten. Allein mit der Superexactio würde ich immer etwas zu thun haben. Dieselbe wissen, wie diese Superexactio nicht allein in unsren Rechten den Subcollectantibus nachdrücklich verbothen sey, sondern auch von den Fürsten vor einen Eingriff in ihre iura maiestatica geachtet werde. Hier von sind nur 3 Exceptiones, 1) wenn der Landes-Herr, oder 2) die, so subcollectaret werden, darem willigen, oder 3) praesens necessitas publica es erfordert. Die beyde erste casus seynd hier nicht vorhanden. Von dem dritten weiß ich mich eines Exempels im Würtenbergischen zu erinnern, da die Ritterschaft zur Zeit des Französischen Einfalls von ihren untergehörigen gegen 100000 Thlr propria auctoritate eintrieb, welche zu Beschenkung einiger Französischen Generals angewendet, und diese dadurch bewogen wurden, einen grossen Theil der onerum, welcher sonst auf die Ritterschaft gefallen wäre, den Bürgern und Bauern aufzubürden. Allein hier ist keine praesens necessitas.

cessitas. Was künftig geschehen kan, ist ungewiß, und autorisiret nur den Landes-Herrn, Schätzungen auszuschreiben. Trägt sich der Fall zu, so ist es Zeit genug dazu. Ante condicione eventum kan keine Schuld gefodert werden. Der letzte Endzweck, umb einen fond zu Bestreitung der Stadt-Ausgaben zu haben, involviret utilitatem publicam. Allein da wissen dieselbe, daß onera ob publicam utilitatem anzulegen ad ius subcolestanti nicht gehöre. Kommt der Landes-Herr dahinter, so macht er ein crimen maiestatis, repetundarum, superactionis &c. daraus.



784


ULB Halle
003 918 556



3

Sb.





1746 5
7

DE
TRIBVTIS

PRAE SIDE
AVGVSTINO A LEYSER
DYNASTA IN NVDERSDORFF CET

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET
PRINCIPI ELECTORI SAXONI A CONSILIIS AVLAE
AC IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLESIASTICI DI-
RECTORE, CVRIAEC PROVINCIALIS AC SCABINATVS
ASSESSORE PRIMARIO, ET ORDINIS IVRIDICI
ORDINARIO

PATRONO, PRAECEPTORE ATQVE STVDIORVM
SVORVM PROMOTORE OMNI PIETATE ET OBSEQVIO
COLENDO

IN ACADEMIAE VITEBERGENSIS
AUDITORIO IVRIDICO

AD DIEM XXVII IUNII ANNO CIC CI CC XLVI.

DISBV TABIT

**EHRENFRIED TRAVGOTT
EICHLERVS**

GÖRLICIO LVSATVS

VITEBERGAE
PRELO EPHRAIM GOTTLÖB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS.